Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Speculum religiosorum - Cod. Aug. perg. 147

[Reichenau ?], [1445 - 1448]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42002

Visual Library

quanto plus cognoscis deum tanto
plus amabis deum Et quanto plus
amas deum tanto magis times deum
Et quanto plus times deum tanto
magis abhorres peccare Et quanto
magis abhorres peccare tanto magis
es apud temetipsum Et quanto plus es
apud teipsum tanto agnosces te
metipsum Et quanto plus agnoscis
temetipsum tanto plus contempnis te
ipsum Et quanto plus contempnis teipsum
tanto iudicas te indignum dignita
te et bono Et quanto plus iudicas
te indignum dignitate et bono tanto
magis voluntarius es pauper Et
quanto magis voluntarius es pauper
tanto minus doles de tuis defectibus
Et quanto minus doles de tuis defectibus
tanto magis paciens es tu tanto
minus cupis laudari Et quanto minus
cupis laudari tanto minus gaudes
de laude Et quanto minus gaudes in
laude tanto minus contempnis illum qui
contempnit Et quanto minus contempnis
illum qui te contempnit tanto magis
habes de paupertate spiritus Et quanto plus
habes de paupertate spiritus tanto minus
desideras res creatas Et quanto minus
desideras res creatas tanto minus
diligis teipsum Et quanto minus teipsum
diligis tanto magis est tuus dilectus
deus Et quanto magis deus est tuus
dilectus tanto magis vis quod deus
vult Et quanto magis vis quod deus
vult tanto deus magis vult quod
tu vis Ergo de primo ad ultimum quan
to plus fugis sapienciam mundi tanto
deus magis vult quod tu vis que est
bona et consequenter intermedie
intelligentibus sunt valde hec est

scala iacob cuius summitas tangit ce
lum ex tot gradibus fabricata quot
sunt consequencie hanc ascendit pre
dicta congregacio ex capite christo et
omnibus religiosis devotis et refor
matis mistice compagmata paradisum
voluptatis de qua paradiso dictum fuit
in consideracione septima primi tractatus
Quam scalam nos omnes ascendere
concedat misericors deus cui et beate
marie virgini cum tota celesti curia
sit gracia(rum) actio honor virtus et
gloria et fortitudo per infinita secula.

Tractatus quartus incipit de triplici genere be(g)gnarum et eorum dictis

In precedentibus tractatibus
huius compilacionis divina
direccione mencionem feci
de variis dictis que religio
sas personas seu devocionem
decoras tam confirmatos ordinum qui
etiam seculares tangunt non confirmato
rum habitudines respiciunt Inter que dic
ta huiusmodi etiam tacta est virginum seu
sororum non continuum de tercia regula beati
francisci quas vulgo equivocando nomi
ne ad contumeliam a vice nominant be
ginas Quod nomen convenit utrisque
quae condempnate per capitulum ad nostrum
de hereticis et aliis nominibus dicunt
ipsi begine Et ille sorores non sapien
tes hereses non dicunt ipse begine prout
patet expresse probatum in conside
racione sexta secundi tractatus Ubi per
doctores distinguuntur triplices be
gine Et illas que viam purgativam
illuminativam et unitivam theologie mis
tice practicant que etiam non sunt dectria